



Georg 503  
Hortlandes



Georgs-B.

W. L. et abitur. vultus in eo  
S iud i n ad. ad. 21 i n s i s s. n. ad. ad. 22 n  
Dann



1211

# Murnarus Leviathan

Vulgo dictus, Geltnar, oder  
Gens Prediger.

Murnarus, qui & Schönhenselin,  
oder Schmutz Kolb, de  
se ipso.


Sinugæ, & fastus, faciunt quem relligiosum,  
Sum bonus, & magnus, relligiosus ego.

Raphaelis Musæi in gratiam Marti  
ni Lutheri, & Hutteni, pro  
pugnatorum Chri  
stianæ & Germa  
nicæ liber  
tatis,  
ad Olores Epistola.

Ipsē est rex super vniuersos filios superbiæ.  
Victor Syon incendia iactans.

Denariis eius procedit fumus,  
sicut ollæ succensę  
atq; feruentis.

Draco iste quę formasti ad illudendum ei.  
Behemot fringens caudam quasi cedrum, nervi testicularis eius  
perplexi sunt. Sub umbra dormit, in secreto calami, & in locis hu-  
menibus. Non parcerit ei uerbis potentibus, & ad deprecandũ  
composita.



Ecce spes eius frustrabitur eum, & uidentibus cunctis precipitabitur. In medium  
oris eius quis intrabit? Sternuatio eius splendor ignis, & oculi eius ut palpebre  
dilucidi. De ore eius lampades procedunt sicut rede ignis.  
Si non aliquid nocuissimam mortuus effem.  
Cor eius indurabitur quasi lapis, & fringetur quasi malleorum incus, cum appre-  
henderit eum gladius, subsistere non poterit, neq; hasta neq; thorax.

Draco magnus & rufus, accusator Fratrum nostrorum, cui datũ est  
os loquens magna, & blasphemias, & aperuit os suũ in conuicia ad  
deũ, ut cõuitiis afficeret nomẽ eius, & tabernaculũ eius, & eos q in  
cælo habitãt. Et est datũ illi bellũ facere cũ sanctis, & uincere eos, &  
adorabũt eũ q inhabitãt terrã, quorũ nõ scripta nõia in libro uitæ.

MVRNARVS LEVIA  
THAN.

INTERLOCVTORES.

MVRNAR. VVEDDELVS.  
L. PHRISIVS. PLVTVS.

**M**VARNAR. Vveddele, Vveddele,  
Vveddele, quando quidem nunc omnes dul-  
cia sectant lucra, quæruntq; vt absumât, absu-  
munt vt requirât, & solus celebris est qui diues est, age-  
dum, quid censes quo ditemur etiam & nos? Adeo ne  
semper inopes, hianti rictu, nos nostrâ prospiciemus  
miseriam? VVED. Thesaurus mihi in lingua situs,  
vt quæstui habeam loqui melioribus. Tu vero cū hac  
arte polleas plurimum, miror cur inopiam quereris?  
MVRNAR. Verba mihi sunt quamplurima, ve-  
rum huiusmodi quomodo crumenam infartient?  
quid auro cum nugis? Quin videas nullos egere  
magis, q̄ vanidicos illos. VVEDDELE.  
Miserum istuc profecto. Poterit quis eo adhibere pe-  
cunias vbi non oporteat, vt hunc etiam necessarium  
sit perire, si quis heluēt frequenter, fueritq; prom⁹ ma-  
gis q̄ condus, creber quoq; in voluptatibus sit, aut scor-  
tulum aliquod foueat clam? Mirum tibi videtur si is  
vacuos habuerit ioculos? MVR. Per Radamanthū  
Vveddele, raro hoc ago, malo quodam ac pessimo  
omine euenit, fortunę noto fortasse. VVED. Vt  
Pessimo queſo? An non Monachi oēs pertusos habēt

A ii

Ecce spes eius frustrabitur eum, & uidentibus cunctis precipitabitur. In medium  
oris eius quis intrabit, & Serruratio eius splendor ignis, & oculi eius ut palpebre  
diluclui. De ore eius lampades procedunt sicut redę ignis.  
Si non aliquid nocuissimam iam mortuus essem.

ui datū est  
nuicia ad  
eos q̄ in  
ere eos, &  
bro uitæ.

M V R N A R V S

faccos, & Charybdes existunt quædam bonorum omniū: Genus hominum hiulcum, & insatiabile, quibus & hoc genuinum est, vt quo sint ditiores, hoc magis ac magis egeant, aurum sitientes, vt Pactoli harena, ac non magis inexplebiles, q̄ hoc Danaïdum dolium. Quo vno, ac solo hallucinatus est Salomon sapientissimus, vt qui inter quattuor insatiabilia. Mendicantes Fratres non annumerauit. M V R N A R. Nihil proh Christe, nihil abest a me magis q̄ auarus vt siem, interim illi quales sint, non multum mea interest. Tenuē mihi domi salinum, fuliginosa & angusta domi lucernula, qua nocte lucubro nugaturus temere quippiam in Lutherum, & cantharus, quemadmodum Sileno, vnus, attrita ansa, in reliquum nihil nisi pulices, & subter lecticam cymices. V V E D. Quorsum ergo attinent aurei, quos nuper a Gruningero mercede accoeperas, libellos vt cuderis in Lutherum, sed & nummuli sacrificiorum, & quæ abradis hinc inde caseolos colligens apud incolentes rus? Age, quo tandem profundis hæc omnia? M V R. Ha, quo profunderem? quid nam hoc quæris? Tu cedo, quid faciendum quo plura adipiscar? Siquidem necessum est habere. V V E D D E L E, De me quidem nihil mirum, qui lucris inhio, cui vxor est insolentissima, & liberi sunt, si præter ius ac phas pecunia multauerim agricolas, idq̄ libellis, & instrumentis, codicillis, & si quæ sunt aliæ iureperitorum fraudes, quibus stultis hominibus imponunt. Tu cum monachus sis, & idem Minoritanus, quid tantopere

amas.  
quida  
facias  
ἐσ κόρε  
onis.  
q̄ pec  
pecun  
vt ac  
non a  
erunt  
titum  
fedeci  
Ro.  
uincia  
etiā  
dixi )  
si inun  
boni su  
uis est  
dulo,  
ego, &  
cianun  
dent m  
rum tar  
& puel  
rijs diu  
nibus c  
ter Dal  
των μν.

LEVIATHAN

amas pecuniam? Num vereris, ne cum cucullo malus  
 quidam Astarothus te tollat, ut male tibi propitium  
 facias tuum Franciscum? **M V R N A R.**  
 εἰς κόρακας cum his commentis, non sum ego eius facti-  
 onis. Dñj perdant hypocritas, nulli rei plus student  
 q̄ pecuniæ, nulla voluptate se oblectant magis. Idem  
 pecuniæ contactus qui & foëminarum. Ad foëminas  
 vt acriter cercopissant, ita & ad nummorum contactũ,  
 non aliam ob causam quam q̄ sibi met sic constitu-  
 erunt piaculum esse contingere. Nitimur autem in ve-  
 titum semper, cupimusq̄ negata. Alioqui vnde illis  
 sedecim millia florenorum, quos anno ab hinc quarto  
 Ro. soluerunt Pontifici, quo sibi liceret habere Pro-  
 uincialem? Tantum cum opum & diuitiarum studio,  
 etiam ambitio illos possidet. Sed habendum est (vt  
 dixi) quocunq̄ modo, quidlibet, vel quantumlibet,  
 si inuncandum etiam mihi sit quippiam. Nihil enim  
 boni suadet paupertas. Argentum, & anima, & sang-  
 uis est mortalibus. Hoc qui caret, nec sibi parauit se-  
 dulo, viuus hic inter mortuos ambulat. Pecuniæ vir-  
 ego, & diuitias somnians, vt Mycillus ille apud Lu-  
 cianum pauper. **VVEDDELE.** Dñj tibi tuam  
 dent mentem Murnare, sed quis te fascinauit, vt au-  
 rum tantopere cupias, immo nec aurum tantum, sed  
 & puellas? Liceat enim mihi dicere quod vidi. Fe-  
 rrijs diui Ioannis Euangelistę, indutus podere, & om-  
 nibus quæ ad sacrificium spectant vestimentis sacris, p̄-  
 ter Dalmaticam quam vocant, ita sacris ornatus *περὶ*  
*τῶν μυστηρίων* discedebas, ingressusq̄ culinam, singulas

A iii

## M V R N A R V S

puellas capillitio vellicabas, cū multo astantiū cachinno, deinde sacrificabas. M V R N A R. Non reuera VVeddele, sed tempori inseruiebam, q̄ eius diei consuetudo sic habet. VV E D. Quid vanissime, ad hoc tempori inseruiebas quod facere turpe fuerat, quouis etiam tempore? Quale hoc sacrificium dīi boni? Qualis hic Cupidinis sacerdos? M V R. tuo more loquacul⁹ es, mitte has nugas, si quid eximiū est aut splendidū, si quid venustū hominibus, ab te venit, o regina pecunia, quis te mihi iunget vxorem? vbi te obtineā? O si, vt in Danaæ quondam, ita & in meū nūc sinū prolabaris aureus Iupiter. O si, mensibus octo cacare mihi liceat in auri montibus? VV E D. Quin & famā prostitueres & religionem, vt video, pecuniæ causa? M V R. Ah famam, omnis res, virtus, fama, decus, diuina humanaq̄ pulchris diuitijs parant, quas qui confixerit, ille clarus erit, fortis, iustus, sapiens etiā rex, & quicquid volet, hoc veluti virtute paratum est. VV E D. Nihil ergo q̄ magis nūc tibi consultū sciam, q̄ vt correptis armis, Hymestū adeas, illic expugnaturus formicas auri custodes, accipiesq̄ quantū voles. Vel si citra negociū ditari velis, munis te ingeras audiendi cōfessiones, maxie vero mulierularū diuitū, quas si blāditijs demulseris, simul atq̄ illas terrueris de inferni ac purgatorij suppliciis, veditis etiā atq̄ emēsis indulgentiarū modijs ducentis, dici nō pōt q̄ futuræ sint ad nugas tuas largissimę. M V R. Hui baratrū deiciant Lutherū Superi, q̄ eas nūdinas nobis amputauit, tragulam iniecit hō astutissim⁹, ei⁹ artis et belle perit⁹. Sapiūt

proh do  
sipiāt, su  
tñ, si ho  
p̄ficer  
em̄ pre  
nūmatq̄  
hi cred  
nistrar  
ni cōtra  
Nihil  
sp̄fator  
qualis  
struct⁹  
lument  
nachas  
dice ob  
ribus no  
bus con  
rum ian  
seant, h  
tum an  
vt anser  
tem mu  
moui m  
sissime  
grati⁹ fe  
litis p̄m  
a Frācob  
gādo H



LEVIATHAN

proh dolor. VVE. Haud tā sapiūt qn multo plures de  
 si piāt, supstitiosum est, credulum foeminarū gen<sup>9</sup>, Sunt  
 tñ, si hoc nō successerit, vestales virgines, quib<sup>9</sup> si pater  
 p̄ficeris, nō vsq̄ adeo rem stultā es assequit<sup>9</sup>. Sunt  
 em̄ prepingues & bene curata cute, proinde & optime  
 nūmatę, & fortasse melius mutoniatę. M V. Nō bñ mi  
 hi credit. Scis qualē me gesserim dū Guardianatū admi  
 nistrarē, vt multo plura mihi restabāt soluēda eris alie  
 ni cōtracti, q̄ stipendiorū atq̄ reddituū summa fuerat.  
 Nihil non egi in hoc munere furis ac infidelissimi di  
 spēsatoris officio dignū, porro cū re Monialiū, tute scis  
 qualis sim, q̄ lubricus, non Monachus p̄fecto, sed hō, in  
 struct<sup>9</sup> supellectili minime vulgari. VV. Hoc in emo  
 lumentū erit religiōis, si Nonnas ipse p̄gignas, & mo  
 nachas, iam em̄ oēs refugiūt cuculla. Sub hęc etiā imo  
 dice obstreperus, idone<sup>9</sup> q̄ in vulgi concionib<sup>9</sup> de anse  
 ribus nobis aliquid edisseres. M V R. Si de anseri  
 bus contio sit habenda, promptulus sum quidem, ve  
 rum iam omnes satiati sunt meis nugis, pleni sunt, nau  
 seant, horrent execrantur, deuouent, & cum semel tan  
 tum anserum fecerim mentionem, anser haberi coepi,  
 vt anserem me rident, atq̄ exhibant, reducis mihi in mē  
 tem multas tragœdias, quas vbiq̄ locorum ac gentiū  
 moui meis declamationibus. VVED. O ridiculo  
 sissime Murnare, ne me fraudes his gerris, nihil mihi  
 grati<sup>9</sup> feceris vnq̄. M V. Heret palat o lingua, adeo me  
 litis p̄mit aspera nūmorū, sed ausculta paulisp. Primū  
 a Frācofordia puls<sup>9</sup> sum magno cū dedecore, cū VVi  
 gādo Hessio p̄dicatorij ordīs, diuę virginis temerato

cachin  
 Non re  
 q̄ eius  
 Quid va  
 re turpe  
 rificium  
 M V R.  
 l eximū  
 abs te ve  
 em<sup>9</sup> vbi  
 in meū  
 us octo  
 D. Quin  
 pecunia  
 us, fama,  
 nt, quas  
 iens etiā  
 tum est.  
 ū sciam,  
 pugna  
 ū voles.  
 as audi  
 tū, quas  
 de infer  
 sis indul  
 e sint ad  
 deiciant  
 it, tragu  
 Sapiūt



ri, cuius exilii causam iccirco non refero, quod hanc iam multis annis tenes. Ea seditione excitata, veni Argentoratum, vbi negotium feci viris probis & optimis, docto Sebastiano Brantto, & Iacobo VVimphe- lingo, nec nō & toti cohorti huic cohærenti, doctis inq̄ qui tum florebant Argentorati, quod vel inuitus cogor asserere. Vt cumq; tamen, subactus sum atq; pro- stratus non sine magno meo malo. Extant de ea tra- goedig. plures epistolæ eruditorum, & Germanicæ li- bertatis defensio Iacobi VVimpheilingi, quibus mul- tis retro sæculis scietur qualis fuerit Murnarus. Coactus sum ius meum concedere aduersarijs, quod tamen nul- lum fuerat, & si quod erat, prophanissimum certe, & ex- cogitatum. Deiectus itaq; perueni Friburgū, illic con- tumeliose quædam protuli in Christum, & sanctā dei parentem Mariam. De Christo aiebam in hæc verba.

¶ Do man in nun het vom crüz gethon / do kundtē sie dē Schelmē nit begraben / dan die nacht siel zūher / vnd wart die zeit zūturz. Auch was es das der Sa- bath anfienge / vñ sie des gesetz halber in nit begraben dorffte / was solten sie dā thün. Do giengen sie dar / vñ warffen den Schelmē über dē zaun / vñ lieffen in ligen / in dem do kam er hinweg / wist niemant nit wo hin. & cætera his similia. Virginē aut̄ vocauī, ein Metzen, oder ein Madunnen, vocabulo quodam inusitato, & nō minus etiam turpi. Quo factū, ut eo loci hereticus sim pnunciatus, q̄ Christū non crederem fuisse sepultū, Tametsi eam opinionem & in hanc diem non deposue- rim, nec cessurus cuiq; , quod ipsum & pulcherrime,

imo sto  
scripsi a  
egregie  
tum pr  
cet non  
a Fribu  
mulare  
struere  
& pileu  
scio ma  
uerense  
Mosg a  
proxim  
Argenti  
adfabre  
cem, ad  
sectante  
rissima  
hoc ma  
men me  
sum hin  
Quelso  
fessione  
bas loco  
um tant  
MVR  
busdam  
as abii, u  
sem suff

LEVIATHAN

imo stolidissime innui in postremo meo libello quem scripsi ad Germaniæ procures, cōtra Lutherum. In hoc egregie commētor, non esse proditum in sacris literis tum precipue in euangelio, Christum esse sepultum, licet non diffidam articulum esse fidei. Profligatus itaq; a Friburgo, concessi Treuerim, & tum me coepit stimulare inuidia, pruriebatq; lingua, ut & ibi aliquod struerem incendium. Auxerunt audaciam istic insignia & pileus receptus. Illico ostendi qualis eram, & quid nescio machinat⁹ fuerim in spurios & in Canonicos Treuerenses, iussus sum abire tandem, atq; id citissime, nisi Mosę amnem uelim epotare. Huic calamitati accessit proxime contumelia quam in te VVeddelum admisi Argentorati, cum soluisset a Basilea. Scis quam tunc adfabre depinxerim te hominem sycophantam, nugacem, adulatorem, uutiligatorem, detractorem, gulosum, sectantem epulas, iniuriosum. Quę cum omnia sint uerissima, & uel pueris etiam nota Argētorati, & uel ob hoc maxime, quod necdum palinodiam cecinerim, tamen me excommunicabas, tradebasq; sathanæ, ut rursum hinc profugere sim compulsus. **WEDDELE,** Quęro te, ne sit tibi graue, quod tam celebrē tuam confessionem atq; uerba tua tibi interturbo. Vbi nam agebas locorum, tum e toto orbe proscriptus, non in exilium tantū, neq; in insulas, sed etiam usq; ad tartarum & **MVRNAR.** Bononiam abii, istic, atq; in aliis quibusdam Italię urbibus commorabar, Tandem Venetias abii, ubi in procinctu fuisset, ut in Patriarcham fuisset suffectus, nisi coccyem illum prodidissent merca-

B

## M V R N A R V S

tores quidam Argentinensium, qui me nouerāt. Quin & ipse quoque Murnar unquo porrigeret auriculas simulque faceret tinnitum tintinnabulis morionū. Ephe biam tamen adeptus sum, atque subrogatus pædagogus iuuenum quorundam, quos, ut mea ferebat Minerva crassissima, docui quæ nunquam ipse didiceram, quæ & ipse non adprobe callebam, barbarus ex triuio, doctus sed indoctus, miro tamen supercilio. Nemo enim aliquando tam impudens, vel ineptus habitus est magister, qui discipulos non inuenerit similes sibi, multoque pars maior est milesias fabulas reuoluentium, quam Platonis libros, aut doctissimi Erasmi. Vetus testamentum Grunii Corocottæ, & Porcelli usque in hanc diem apud plures obtinuit. Fretus tamen multitudine, atque stultis fautoribus, qui ingenio & eruditione valebam ne tresserem quidem. At cum hic quoque facinus quoddam admisisset, simulata corpusculi imbecillitate, quod neque aerem neque cibos ferre possem, rursum rediit Argentoratum. V V E D D E L E. Interea sacrificabas etiam, atque rem operaberis diuinam? M V R. Hah, diuinam? Quotidie ad stipem, quæ est ibidem largissima. Quod si quis mihi denunciabat, excommunicatum esse me, negabam constantissime. Negabam quoque, aliquid mihi tecum esse negotii. V V E D. Tam amplam habebas conscientiam? M V R N A R. Ea mihi amplissima. V V E D D E L E. Redi ergo ad fabulam. M V R N A R. Quid inquam? Queror me nummis destitutum, proinde artificii cum restare nihil, quo licet hanc præferuidam & immo-

dicam  
tatum  
auarici  
malum  
tanden  
re quo  
teras su  
aurū in  
ram co  
in tam  
atque m  
rum pa  
foedo,  
lo spec  
tummo  
scula, c  
vxore  
lo ante  
sympo  
vt ligu  
Non in  
causidi  
aliter q  
igitur l  
ero bar  
genium  
nachus  
aliquen  
Aroma

LEVIATHAN

dicam extingquam. Omnis iacta alea est, nihil non tentatum. **VVEDDELE.** Pone obsecro hanc auariciam. Nam dubio procul ex cogitantia hic est hoc malum. **MVRNARVS.** At ex quacunque tandem causa, nihil iucundius profecto illud contingere quod adeo enitet, noctuque eminet eximie vnum ceteras supra opes, quod gloria quoque addit & decus, aurum inque **VVEDdele** Dedolatifissime, in hoc ego pro ram constitui & puppim. Et quid hoc non facerem, in tam pulcherrima creatura? Quid tu cum putidis atque male olentibus ferculis & mulsibus, omnia coquorum passus ludibria, quos si quis cominus spectet, quam foedo, quamque suspecto sint coagulati lenocinio, vel solo spectaculo, satur abscedat. Atque utinam meliores tantummodo epulas sectareris, & non etiam fabas, & holuscula, coenas Diogenicas, modo domi non conuiueris cum vxore Burcardo. Et, quod dictu foedius est, quibus paulo ante maledicebas, cum his paulo post momentum symposium ingrederis, quisquis sit ille hospes, tantum ut ligurias atque palati tui saties prurimum. **VVED.** Non isthoc tibi adeo videatur absurdum. Sum enim cauidicus, quibus simul & inuidere licet, & amare non aliter quam amantibus meretriculis & scortis. Si quando igitur lautum atque opiparum obtigerit conuiuium, tamen ero bardus, ut ob homunculi alicuius iram, meum ego genium fraudauero. Bene tecum actum est, quod monachus, maior alioquin praedo affuturus, quam vnquam aliquem tulerit Germania. **MVRNAR.** Nosti Aromatarium illum contractis contortisque digitulis?

M V R N A R V S

VVED. Pecuniosum illū Christianorū sceneratorē:  
MVR. Eū ipsum aiūt, assiduo colligēdi, coaceruādiq̄  
usu, eam incurrisse torturam. At ille q̄ miser, qui nunq̄  
ad satietatē Tantali more neq̄ edit, neq̄ bibit, prepar-  
cus, regiū stipat⁹ opibus. Huic quid aurum? WED.  
Isthec alia res est Murnare. Consularis est, multos  
post se relicturus hæredes qui illius sperant mortem.  
Tu cum semel abdicaueris hoc seculū, id cucullo hoc  
prę se ferēte, orbis peris totus cum diuiciarum aceruo:  
Iniquum certe inhiare perditissimæ pecuniæ, quæ ma-  
lorum omnium est causa, quæ tot habet sese concomi-  
tantia uitiā, idololatriam, elatiōem, uecordiam, iactanti-  
am, molliciem, uiolentiā, cæcitatē, tyrannidem, do-  
lum, atq̄ alia similia, quibus qui fuerit irretitus, de illius  
actum est salute, eritq̄ facilius multo camelum per fo-  
ramen acus, quam eum intrare in regnum cælorum.  
MVRNAR. Audin? Alteri cantaueris hanc can-  
tilenam sæpius audiuius huiusmodi. WEDDE.  
Quid igitur? Morionis uice uis ut illudatur tibi apud  
principem aliquē? Nam & ego sic me talem insimulo  
histrionem. Irridet me quis, nihil indignor, sed & ultro  
arrideo. Quicquid dicunt homines, laudo, id rursum si  
negāt, laudo, id quoq̄ negat quis, nego, ait, aio. Is que-  
stus est nunc multo uberrim⁹, somnia quæ in te habes  
eo tendunt, ne quis uirum te existimet uel probum, uel  
sapientem. Primo nomen, deinde cucullus, postremo  
mores, unum deest tantummodo, auriculas alini quo  
tibi appingamus, excidamusq̄ testiculos, tutius ut præfi-  
ciaris eunuchus, mulierculis in gynæceo, libere tum atq̄

impu  
tra d  
onun  
na ue  
tiger  
suas t  
um,  
'omn  
patie  
quot  
magi  
posse  
lingu  
celse  
alini  
stice  
mih  
li chi  
unt q  
cus a  
si & g  
meris  
discr  
ridicu  
poti⁹  
effet  
dē tal  
leii au  
Non

LEVIATHAN

impune dices faciesq̄ omnia, Esopi patina lautissima ci-  
tra curam, citra laborem, pecunia ex questu gesticulati-  
onum inimicarum copiosissima. MVRNAR. Bo-  
na uerba Weddele. Testiculos nequaq̄, ne mihi con-  
tigeris eum thesaurum. Stultum est amare compedes  
suas tametsi aureas. Nolo esse tale bythinicum mancipi-  
um, & perinde ut simia trunco reuinctus, derisui esse  
omnibus. Garrulus sum, & uagus, nullius rei magis im-  
patiens quam tranquillitatis. Singuli uici discurrendi  
quotidie. Nullibi minus sum q̄ in monasterio. Quāto  
magis si in huiusmodi aliquā caueam me incluserit, non  
possem sustinere. Accedunt mores inciuiles, lubrica  
lingua, q̄ nihil queat dissimulare. Si nō statim oīa pro-  
cesserint ex animi sententia, statim aurículas protendo  
asininas. Præterea quod de asino proditur Esopico, ru-  
stice nimis & importune adblandienti suo domino, id  
mihi admodū est procliue, fuitq̄ semper. Et gestus il-  
li chironomorum aulicorum non aliter mihi conueni-  
unt quam porco. Adeo enim uita inconstans, & lubri-  
cus animus, & fumi mendaciorum non sufficiunt, ut ni-  
si & gesticulationes adhibeantur & ioci, uidelicet ut nu-  
meris undiq̄ in os confluentibus, & salibus nihil etiam  
discrepantibus uel resonantibus quippiam in urbanis,  
ridiculosissime explodat qui hoc nesciuerit. Optarim  
poti⁹ meis copiis diues, ubi maior cōmoditas, minus in-  
esset periculi. WEDDELE. Ad hoc ne Cræsi qui  
dē talēta tibi sufficerent crediderim, uel asin⁹ ille Apu-  
leii aureus, si nihil etiam aliud tibi cacet quam aurum  
Non uideo quid ultra reliquum sit, quam ut Plutum.

M V R N A R V S

euoces auri deum ab inferis, qui thesaurum quem piã  
 humi defossum tibi pandat, vel vt deus est largissim⁹,  
 pariter & humanissimus, artem doceat, quo fiamus  
 ambo diuites. Hæc extrema consultio. M V R.  
 Per anserem, quid hoc audio? q̄ frustra aniliter mul-  
 ta blacterauimus? Est hic L. Phrisius Ariolus,  
 & magus, qui pro duobus assibus etiam animam habet  
 venalem. En hic Blaphardus, quem si viderit, ter cen-  
 tum nobis euocabit dæmonia ab orco. Agedum, ea-  
 mus. Nesciebam tam facile mihi aurum prouentu-  
 rum, mox hoc vespere bellaria parabimus gulæ autho-  
 ramenta. Proh quid non hoc dudum venit in men-  
 tem? eamus. VVEDDELE. Si tam certum  
 hoc habes, mirum quod se ipsum non ditat ille, quin  
 videas hunc ex diurna stipe sustentari loci inspectan-  
 di, miserum tristemq̄ semper, qui nulla se audet exple-  
 re voluptate, nullibi proinde potest consistere homo,  
 Empusa magis varius. M V R. Ist hoc nihil ad te, quæ  
 illius conditio est, quin eamus tandē. VVED. Nō  
 acquiescet proch Christe, q̄ monachus manes vis con-  
 sulere verebiturq̄, ne hunc in periculum aduoces, cum  
 hoc citra periculum fieri non possit. M V R N A R.  
 Noui Symonem, & Symon me, λίκος λίκον. Luthe-  
 roma stix est etiam, fortasseq̄ non nihil de Lutheri re-  
 bus respondebit ex tripode. VVEDDELE. Is  
 est qui nuper in Lutherū inuexit turpissimo & eodem  
 insulsiſſimo libello, cui nomē præscribitur. Defensio ne-  
 cromantię, artis illi⁹ nugacissimæ & impiissimę. M V R.  
 Tace, vir est rei medicę belle peritus. VVED. Hui



LEVIATHAN

doctorculus ille, quorū si quinquaginta tres posueris in  
 equilibrium, vix veniūt pondere teruncii. MVR. Vt  
 nanus ridet nanū, loripes loripedem? VVED. Atq̃  
 ita etiam submurmurant eruditi. MVR. Neccum  
 legisti vt audio, quanta illic congerit homo copiosissi-  
 mus, tam plenus huiusmodi centonibus, ut asinus bom-  
 bis & crepitib⁹, ex Macrobio, Plinio, Aristotele, Theo-  
 phrasto, & cæteris philosophiæ summatib⁹, ex quo etiā  
 gallinacei lactis haustū tibi possis polliceri. VVED.  
 Ah philosophis, quos ne per somniū quidē inspexit,  
 vel exsuctis forte ex decima lacuna. Sunt em̄ omnia fri-  
 gidissima, atq̃ nō aliter coherēt q̃ arena sine calce, nul-  
 lę rei quadrāt min⁹ q̃ defensionī necromātię, vel Astro-  
 logiæ, vt pulcherrime simulq̃ doctissime edisserit duo-  
 decim libris, ille cui⁹ nunq̃ interibit memoria doctissi-  
 mus & eloquentissimus Mirandulan⁹ comes Ioannes  
 Picus. Risum cōtinere nō potui, alioqui indoctus, cū vi-  
 derem hunc Euangelica quædam, eo detorq̃re, vt Chri-  
 stum probaret assertorem Astrologiæ. Mirū quod nō  
 omnes lapides, & in parietibus trabes hūc conclament  
 hereticū, qui eo venit amētia, vt scripturas, quæ prohi-  
 bent huic stulticię fidam⁹, tam pphano ore flectere au-  
 det in partē cōtrariā. O delirū. O indoctissimū. Nunqd  
 culex elephantē? Homūtio ille, q̃ vix vltra p̄mas p̄gres-  
 us sit literas, audet impugnare doctissimū vir⁹, cui tot⁹  
 applaudit orbis. MVR. VVeddele, VVeddele,  
 ne qd̄ nimis, ne dialogo quopiam tibi illudat hō poeta-  
 ster. VVED. Iah, vt illum de allio & cepis? MVR.  
 Audinḡ tace eam⁹. VVED. Tu prior hoīem appellito.

quempiam  
 largissim⁹,  
 uo fiamus  
 VR.  
 iliter mul-  
 Ariolus,  
 nam habet  
 rit, ter cen-  
 edum, ea-  
 orouentu,  
 alæ autho  
 it in men-  
 m certum  
 lle, quin  
 nspectan-  
 det exple  
 re homo,  
 ad te, quæ  
 D. Nō  
 es vis con-  
 oces, cum  
 RNAR  
 Luthē  
 utheri re  
 LE. Is  
 & eodem  
 fensione  
 MVR.  
 D. Hui

MVR. Salue peritissime astrologorū. Quid nā hoc portēti, striata frons & uultus ille matutinus, qd quęso indicii? PHRI. Modo Saturni hora, qui tā truciter ac toruiter me inspectat, prospiciens ex angulo quopiam. Sed quid uobis Summanum illum euocabo, cæcum, & uno claudicāte pede? quem scio id laturum grauissi me, & iam altero coepit laborare podagra. MVR. Iesus Christ⁹, archanum nosti hoc nostrum institutū? PHRI. Nihil hic cum Iesu nobis, obtice nomen hoc, aut abi. Sciebam anteq̄ fores pulsasses, hac in specta figura. Sed & nuper quando cū puellis in xeno dochio iocabaris, ego uidi. MVR. Iesus ✕ Iesus ✕ Iesus ✕. PHRI. Audin, ut nihil nobis hic cum Iesu? WEDDELE. Pessimus nebulo, cum hoc sacratissimum nomen nunq̄ habeat in ore, sitq̄ præposterus Christianus, hic tantū profert, ubi non est adhibendū, assuetus alioqui iurare Rhadāmantū vel Iouem statorem lapideū, siue ut hoc anno incepit, per anserem Socraticū. MVRNAR. Adeo ne quæso inhumaniter? PHRI. Nihil mihi tibi opus est, ne obturbaueris hoc nomē. Hæc ego sæua Pluto referam immania dicta. In promptu erat, quo mihi spiritū hūc propulisset familiarē, quem gesto in annulo. MVRNAR. Per Plutū igitur te nūc appello, vel si mauis, Leuiathā, aut Astarothū. PHRI. Prospere ueneris loquacissime Murnare. Verū tu Weddele, quid mihi male dicebas, susurriens quædā de meis versiculis. WED. Per maffoy, nesciebam tam eruditū te esse, qui cū Necromantia calleas etiā poësim, PHRI. Sed & Ebrius

sum, &  
cabulor  
VV E  
tamen  
guæ, q  
aut Hel  
easher  
PHR  
verpun  
rum id  
ut vide  
M V I  
os cen  
cio, pro  
res. P  
lo? M  
illum n  
tum? q  
tibi id  
q̄ inter  
obserua  
me ad h  
nitatem  
cum mu  
minis, r  
Quid si  
PHR  
M V I  
est, ei ar

LEVIATHAN


sum, & græculus. Vidisti aliquando dictionariū vocabulorū medicinalium, q̄ multa huic insint Hebraicæ? **VV E D.** Meum hæc transcendunt acumen, audiui tamen mussantes hinc inde studiosos quosdam eius linguæ, qui id iurabant sanctissime, ne vnam dictionem, aut Hebraicam esse, aut probe etiam scriptam, siue que eas herbulas significaret quas tu e regiōe annotaueras. **PHRI.** Q̄ te Dii perdant, ludæe perfidissime, verpum cōduxeram mercede, qui mihi iuxta Hebræorum idioma explicaret dictiones medicinales, verū is vt video, pro iis herbis nescio quid aliud subscripsit. **M V R.** Hac causa nūc non aduenimus vt libros tuos censeremus, quos ego quidem, vt sum pingui iudicio, probō vehementer, sed magis vt diuites nos faceres. **PHRI.** Hah, hah, hah, qualibus diuiciis quæso? **M V R.** Ludis tu quidem nos, sed age Plutum illum nobis reduc diuiciarū numen. **PHRI.** Plutum? quasi tam facile sit excitare mānes. **M V R.** tibi id facillimū est. **PHRI.** At vobis timeo, qui nūc q̄ interfuistis huiusmodi diris, & deuotionibus, multa obseruanda sunt. Et vnū video vobis deesse, quo maxime ad hoc negotiū est opus, nempe silentiū, & taciturnitatem, quin & castos esse oportet, ne quis hac nocte cum muliere rem habuerit. Deinde & lotos aqua fluminis, raso etiam vtroq; barbicio, ani & oris. **M V R.** Quid si suauiolum dederim puellis in xenodochio? **PHRI.** Modo nihil sequutū sit fedius, nihil obest. **M V R.** En iam tui sumus, expiato nos vti par est, ei artificio fidem præstamus. Ego me exuo cucullo;

C

M V R N A R V S

tu adfer quæ necessaria sunt. VVeddele aqua me p  
fundito, forpice obiter derasis pilis, ego te expiabo vi  
cissim. Os depile est, anū arrigo, prospice. VV E D.  
Videne oppedas. M V R. Vniones pedo & thus.  
VVED. Noduli pilis intertexti, vniones sunt. M.  
Etiam gustato, liquæfacti in ore corrigunt anhelitum.  
VVED. Peracta sunt oia, iam me q̄q̄ lustrato. PH.  
Accedite iam, videte vt sitis magis muti q̄ pisces. Cir  
culū circūscribo. Elil, astaroth, nethanucan, Sche  
bach al elohim, Seolnathan, zemorechah, Boooo  
acnathem, saphthem, phasiphim, dionfim, huh hodih.

Astaroth.



Belial

VVED. Anim⁹ mihi in pedes decidit Murnare  
M. At ego concacauī foeminalia. stillant per genua  
flo ces, ole tu. VVED. Pfuch, vt pessime olet. MVR.  
Metus mihi sensum abstulit, nō olfacio, vix sum apud  
me. PHRI. Quid cornicami sycophātē? filete. Mumi  
louiah, Ieliet, hakianiah, sechiah, manadel, Iabaniah, zo  
hoel, kanakiah. Agite, q̄ nā specie vultis vt veniat. Plu

tus? M  
Tris  
vema  
areh,  
cidi, a  
Luca  
PH  
uiri, t  
nitru  
PL  
quies  
te p  
dito,  
dori  
plo  
Plu  
nuga  
man  
ciosi  
opu  
peni  
feste  
saur  
gen  
lāt, g  
bite  
ero  
abu  
reos  
grac

LEVIATHAN

tus: MVR. Hogoftratico amictus cucullo. PHRI.  
 Tris mirii natheni chamach banoth thamothe mitigos  
 vemakatergot, ve colē omedim vehorhim beor, raimē  
 areh, ve al harkia col elil lilah natheni. VVED, Oc  
 cidi, attat attatat. MVR. Iesus Nazaren⁹ rex Iudeorū.  
 Lucas, Marc⁹, Ioānes, Math⁹. Sācte Frācisce ora p me.  
 PHRI. Tacete viroꝝ euiratissimi, mollissimi, foemī  
 uiri, tacete, ne moueritis vos extra circulū, iā adest in to  
 nitruo & fulmie. MVR. *μὲ μὲ μὲ μὲ μὲ μὲ μὲ μὲ μὲ μὲ*  
 PLV. Nequissime hypocrita, qd me pellis e mea re  
 quie: Quis tu es? Quid mihi es? Cur mea tibi? Vorabo  
 te p meū sceptrū. Eho tu Charō, harpagie hūc cōphē  
 dito, leuato surfū nebulonē. PHRI. Muniah anlostoos  
 dorios heliates phagor. Persta virilī Murnare, libere  
 ploquitor nūc si qd cū illo voles. M. Obsecram⁹ te mi  
 Plute, imptire nobis qppiā tuarū opū. P. Nō sunt vobis  
 nugacissimi ipostores expetēde opes, sed laborādū est  
 manib⁹, quē admodū ceteris. M. Adeo nō sum⁹ supsti  
 ciosi, vt gratissima tua munera despiciam⁹, Plute deoꝝ  
 opulētissime. Quis em̄ hoc ageret, nisi mente capt⁹, nisi q  
 penit⁹ exosā habuerit hāc vitā. Flectere q̄sum⁹, & quicq̄  
 sestertia p̄funde aureoꝝ, aut latentē quēpiā ostēta the  
 saurū, ah ah ditissime atq̄ et auree Plute. P. Noui hęc in  
 genia mellita, q̄ vna manu panē ostētāt, altera lapidē ce  
 lāt, q̄ oīa mētimi q̄rū oēs vestiū flocci mēdacīa sūt. Cohi  
 bite vos. Meis ne diuicijs, facinorib⁹ v̄ris patronus ego  
 ero: M. Per sanctos, p te q̄q̄ Plutū auri figulū, nihil  
 abutemur. P. Tu v̄o Vveddele qd cēses? VV. Au  
 reos montes vt largiaris. P. Vos uero qualem mihi  
 graciā retaliabitis: MVRNAR. Te here Plute

C ii

ua me p  
 piabo vi  
 VED.  
 & thus.  
 M.  
 helitum.  
 ato. PH.  
 ces. Cir  
 Sche  
 , Boooo  
 nodih.

Murnare  
 r genua  
 MVR.  
 m apud  
 Mumi  
 niah, zo  
 iat Plu



## M V R N A R V S

vt numen colemus, summam salutem in auro atq; opti-  
 bus collocabimus, & si quæ sunt alia beneficia quæ a  
 diuitibus remetiuntur tibi. Quid enim aliud tibi præ-  
 staremus, q̄ vt suspiciamus te deum aureū atq; locuple-  
 tissimum? Tute enim auro non indiges, delectaris ve-  
 ro mortaliū votis & laudibus. P L V T. Placatus sum,  
 dandū est ad tam grandes postulationes aliquid. Verū  
 nihil mecū attuli nummorū, vrgente me atq; acriter im-  
 pellente necromantico hoc. Theaurū monstrabo re-  
 cōditū, docebo & Gnathonicā, & imposturas, quæ am-  
 bos vos reddent locupletissimos. Illud vero cū primis  
 erit necessariū, non eritis posthac homines, desinetis  
 quoq; esse mortales, & timere deū. Quamobrem te  
 Murnare in draconem transformo, idq; tui erit officii,  
 pestifero & exitiali tuo halitu incelsere Lutheriana.  
 Stilo etiam quo vteris libris scribundis, aconito exacua-  
 to pestilentissimo, vt longe lateq; inficiat plurimos, ver-  
 bis tamen lenociniis quibusdam obtectis, vt cū lepore  
 imbibant venenū simplices. Linguam porrige. Attra-  
 he. Infecta est, & veneno tincta, vt in concionibus q̄q;  
 virus respergas. Paulo Apostolo notam inures, qui  
 Theologus non fuerit. Maculabis & Christi Euange-  
 lium hoc tam nocenti halitu. In summa, nihil spirabis ni-  
 si venena, vt quicumq; viderit, vel audierit, loquentem  
 aut scriptitantem, animo moriat. M V R. quin poti⁹  
 ex veneno aurum face, quo hiis omnibus minime sit  
 opus. P L V T. Quæstus hic erit vberimus. Ad-  
 dam & ego gratiam calamo, vt quiduis optaueris, habe-  
 as ex Grunnigero Typographo. M V R. Ah quid

barb  
 pulli  
 etian  
 restit  
 tum  
 iiciā  
 Hui,  
 Cau  
 le, tu  
 Si qu  
 exclu  
 meur  
 porco  
 bonis  
 tinus  
 multo  
 epula  
 gum  
 titudo  
 mord  
 intruc  
 lato in  
 bentib  
 uiuan  
 Pfucl  
 Stulte  
 toq; sa  
 re, ev,  
 Plute

LEVIATHAN

barbarus ille mihi largiatur, animo quidem scatens am  
 pullis, at vero Codro pauperior. Qui liberis & uxori  
 etiam animam debet, qui ne obulū habet quidem quo  
 restimemat, quem ita deglubui haecenus, ut haud mul  
 tum habiturus sit lucri e meis reniis. P L V T. Ad  
 iiciā & auri massas aliquot hoc Charonte. V V E D.  
 Hui, ut acuminatā & prolixam caudam trahis. P H R I.  
 Caue ne ictum tibi impingat. P L V T. V V edde  
 le, tu porcus esto Anthonianus. Domi cœnabis nunq̄,  
 Si quæ tragemata olfeceris, illic ingeres te. Nemo te  
 excludet, tum ob canas setas in capite, tum maxime ob  
 meum beneficium. Volutaberis autem in cœno, quæ  
 porcorū est natura, id est in alienis peccatis. Si quid a  
 bonis viris perperam admissum fuerit, hoc oletum pro  
 tinus tu vorabis, tribulabisq̄, ut q̄ maxime puteat, &  
 multorum pedor ille inficiat nares. Sic fiet, ut nunq̄  
 epulæ meliores tibi sint defuturæ, q̄ Lutheromasti  
 gum, qui mendaciorū sunt percupidī, maxima est mul  
 titudo, noui semper cupientium expiscari a te aliquid,  
 mordicus te trahent, & si non traxerint data opera te  
 intrudes, vel in pedibus vel in ore stercoris non nihil al  
 lato in conuiuium, multi vice, quo suffitum facias recū  
 bentibus, maxime vero porco illo Acarnanio tecum cō  
 uiuante, qui hīs epulis saginatur tantūmodo. M V R  
 Pfuch, pfuch, olea, ego vorarē male olētia. V V E D.  
 Stulte, quauis ambrosia mihi hic cibus gratior est, mul  
 toq̄ sapidior etiam ὄνος πλεῖς λύραγ. Non intelligis misteriuſ  
 ρρῦζειν, ρρῦζειν, ρρῦζειν, ρρῦζειν, ρρῦζειν. P H R I. Nolim mihi  
 Plute, hunc suem hospitem esse, qui siliquas non edit.

M V R N A R V S

M V R N A R. Iam & thesaurum monitrato  
 Plute. P L V T. Thesaurum reperies Phrisie  
 ad radices montis Otiliani, illuc concede pariter. Est  
 autem locus subter ilicem patulam, sub qua quondam  
 habitauerunt Druydes incolæ eius loci, præmissis ante  
 preculis & exorcismis tuis. Quin & manes illic uidebi  
 tis obambulantes igneis globis. Ipse ex utroq; laboro  
 pede, abeundum quorq;, quoniam me præstolant Aea  
 cus, & Rhadamant<sup>9</sup>, iudicijs ferendis apud inferos. Re  
 legato me iam necromantice. P H R I. Helij samasai  
 Gelonitros gedebanay, yfara mana clomiud anlostoos  
 donos. Agite exeamus anteq; porta claudat. M V R.  
 Sine abluâ prius concacatū fœminale. P H R I. Ne  
 quaq;, pellicij uice subministrabit caldorem. Siquidē ge  
 lu imminet hac nocte horrendū, quod ipsum diuinor  
 ex luna suboriente. V V E D. Somnū ne capiemus  
 hac nocte? P H R I. Non. M V R. O ella, ella,  
 ella mi. P, H R I. Saltant hic larvæ in agris, ignei  
 globi, quos dixit Plutus. Isthic locus est. Impinge ligo  
 nem rustice quadrate Murnare. Tu accensa tene lumi  
 naria V V eddele. P H R I. Quam magis idoneus  
 esses ad aratrum & defodienda uineta, q; ad sacerdoti  
 um. Sed prominet hic cauda, præpeditq;. M V R.  
 Ridetis me miserū. P H R I. Impinge fortiter. Hui.  
 Cessa. Auscultate. Sacrū est, & misterium artis neoman  
 ticæ, ne quis effodiendis thesauris loquatur, quoad le  
 uatus sit sub diuum, peractaq; sint omnia. Ego precu  
 las lego. Rursum impinge ligo nem. Cede huc, descen  
 dam ego in spelæum. V V E D. Io, Io Pythij aurifo



LEVIATHAN

dina, & Mide opes, fulget aurum, quin & striniolū ad  
 læuam. O mortaliū omninū scelicissimos nos. *γῆν γῆν*  
*γῆν γῆν* Ho hoh Murnare. Stercora sunt equina  
 & bouina. MVRNAR. Heu miserum, miserum  
 me, perij male perditus, Plute deceptor fraudulentissi-  
 me. Excrucior aurum tam subito mihi ereptum ex fau-  
 cibus. PHRI. Num id prēmonebam, ne quis ob-  
 ganniret, vel inturbaret sermone fossionē? lam hoc  
 auro fruimini precio loquacitati digno. Abi in malū  
 exitiū immundissime porce, Tua hæc noxa est. Inunc,  
 & stercore tuis veltcere, vt nunq̄ impinguescas spur-  
 cissime. MVR. Abi in rem malam, alioqui & ca-  
 put tibi contundam ligone, quod te Charon arripiat,  
 hom, m, m. PHRI. Punge cū cauda hui. VVED.  
 Recipio me in urbem, sentietis posthac qualem inces-  
 fueritis porcum. Excommunicabo quoq̄ te, atq̄ ani-  
 maduortam in te fetidissime Leviathan en altera vice.  
 En abeo, vale astrologe. MVR. Ah ah perditissim⁹  
 ego mortaliū omnium in terra, quid vltra opus mihi  
 est vita? Animo, genioq̄ meo fraudatus sum. Quo me  
 vortam. PHRI. factum est hoc vestrum, quod  
 tamen infectum reddi non potest. Ad officium inuita-  
 ris a Pluto tibi iniūctum, vt sacras doctrinas calumnie-  
 ris, oblistasq̄ plurimum, quo cæci permaneāt Germa-  
 ni, cæciq̄ cæco famulentur Pluto, cæterisq̄ superstitioni-  
 bus. Non em̄ sine causa Plutus hoc voluit, Leviathan  
 vt sies, ac non potius epopa, vel asinus. MVR. Boni  
 consulā optet meā conditionē. Verz age, gratulāte ne, &  
 patrocinaat sydera celestia his munijs. PH. Nihil est

M V R N A R V S

quod astra consulas, in re tam aperta, immo & necessaria. Quis melior impostor ad id delegari potuerat, vel ex centum etiam milibus Itatorum: quamq̃ & fata plurimum profint, si arriserint, quemadmodum somniant Chaldaei. Q̃ si cupis scire horoscopum, edicito annum, mensē, diemq̃ quo editus es, ne per latum quidem vnguem tibi defecero. M V R. N i mea fallat opinio, quarta luna natus sum, anno 1475. Mense duodecimo, hora Sexta pomeridiana. P H R I. At non hic suspicandū, sed sciendum est. M. Ita me quondam edocuere ambo parentes. P H R I. Sede hic, vt tractem tecum numeros.

Et stultus non



intelliget

Iam a  
tum e  
Lung  
tis, Lu  
num f  
num,

Sig



TC  
nem st  
hirciffa  
quercu

## LEVIATHAN

Iam audi quid tibi polliceantur astra . Influentia quæ  
tum erat sic habebat . Signum ascendens asinus, dom<sup>9</sup>  
Lung, exaltatio Saturni, casus Iouis . Dominus ascendē  
tis, Luna. Oppositum ascendentis, porcus. Asinus sig  
num frigidum, nocturnum, occidentale, mobile, terre  
num, melancholicum, tropicum.

Signum oppositum.

Signum ascendens.



### Vaticinium Astrologi.

¶ Quæ si excutiam<sup>9</sup> quid significant, indicāt homi  
nem stupidum, bardum, vecordem, iudicij crassissimi,  
hircissantem, & ( quemadmodum aiunt ) e terra, vel  
quercu natum, moribus incultum, incivilem, inurba

D

M V R N A R V S

num, linguam habentem petulantissimam, immane q̄  
q̄ insanientem si quid acciderit aduersi. Dominus ascē  
dentis, vagum indicat, mutabilem, Protheum, Luna  
ticum, egregium potorem, surdum, frigidum, hebetē,  
tumidum, inflatum, bene battulatum.

¶ Coniunctio Saturni cū Luna, seditiosum, inuidū,  
infidelem, obsistentem pietati, resistentem doctrinis sa  
nis, contumeliosum, blasphemum in quēdam sacra,  
quod significat (vt mihi videtur) in Paulum & in Euā  
gelium Christi, his enim quid sacratius? adprobe ling  
uatum, versipellem, temerarium.

¶ Hoc est e cælo iudicium, tute scis probe ne te pin  
xerim tuis coloribus. M V R N A R. Ad perpen  
diculum vsq̄. P H R I. Nec diuerticulum dolis.  
Opera quæ fuere, aperta sunt, omnis res palam est.  
M V R, Verz necdū dixisti, ppitia habeā astra, nec  
ne? P H R I. Hoc toties tibi obstrepam? fauentissima,  
tantum mentire, impone, excita seditiones, in Lutherū  
te armato, auri aucupaberis quantum voles. M V R.  
Quid si pro Luthero q̄q̄ scribam, dūmodo nummos  
corradam? Quid itē si cum auro etiam pugnos & san  
nas? Aut aliquis vicissim mihi oppedet Lutheranorū?  
P H R I. Aleæ id committendum est, standumq̄ tesse  
ris & sorti. Inclinant astra, non liberant, nisi quod au  
dentes interdum fortuna iuuat, quæ si etiam nouerca  
fuerit, arriseritq̄ sinistre, mortuo tñ erit memorabile  
ob malefacta perire. Qui insigni aliquo flagitio peritat,  
non interit. Immortalis est fama pessima, atq̄ en tum  
viuit, cum esse credideris mortuam. Obrepit dies, abe

und  
Heu  
patu  
etian  
eris,  
p al  
biue  
spere  
sit Ec  
indig  
At d  
P H  
auter  
do? &  
vōv éz  
nus c  
ra pr  
Quic  
Vad  
obrep  
niat n

L E V I A T H A N

undum mihi, egris locia vt inspectem, MVRNAR.  
 Heus tu, diuexat mentem ambitio quaedam, coepisco-  
 patum, vel suffraganeatum vt ambiam, fatorum est ne  
 etiam hic fastus; PHRI. Nequaquam, Episcopus non  
 eris, prohibente id ascendenti opposito, influunt enim  
 p alinatio, & mulione, & carbonario, huiusmodi si am-  
 biueris, prosperaberis quidem. Nec quicquam est quod  
 speres ab Ro. Pontifice, qui nuper etiam vacuos remi-  
 sit Eccium & Hogofstratum, donatis forte nonnullis, sed  
 indigna tam emeritis imposturis. MVRNAR.  
 At de hoc ego plane auream spem mihi conceperam.  
 PHPI. Nihil minus. MVRNAR. Quid  
 autem si summas manus mihi deosculaturus sis aliquan-  
 dos & dicitur, τὸν μέσον δάκτυλον ἐκτείνῃς, οὗτος ἔστιν ὁ ἀργεντι-  
 νῶν ἐπισκοπος. PHRI. Apagesis, q̄ caudatus tum eris & dig-  
 nus cui & nomen imponemus caudato. Sed dii melio-  
 ra prouideant, ne nobis ficulneus contingat Episcopus.  
 Quid sui cum aureo circulo in naribus; MVR.  
 Vade ergo infidelissime mathematice, somnus mihi  
 obrepit, obdormiam hic subtus quercum, donec adue-  
 niat meridies.

Vincet veritas, suumque obtinebit  
 fulgorem, volentibus nolen-  
 tibus vniuersis filiis hu-  
 ius sæculi.


D ii

LUTHERVS.

In die illo uisitabit dominus in gladio suo duro & grandi & forti,  
super Leuiathan serpente[m] uestem, & super Leuiathan serpente[m]  
torruolum, & occidet eum qui est minari.

Super aspidem & basiliscum ambulabis, &  
conculcabis leonem & draconem.

Leuiathan, de cuius  
ore procedit ignis  
fumus, & sulphur.



Abducas draconem in hamo, circumdabis  
capistrum naribus eius.



& ac  
& h  
calic  
spe  
ni, &  
sæcu

A  
nar &  
mines  
met co  
ment  
porcu  
vobis  
quanc  
est, ve  
re, imp  
qa nih  
friuole  
latus,

## LEVIATHAN

¶ Si quis adorauerit hanc bestiam & imaginem eius,  
& acceperit caracterem in fronte sua, aut in manu sua,  
& hic bibet de vino iræ dei, quod mixtum est mero, in  
calice iræ ipsius. Et cruciabitur igne & sulphure, in cō  
spectu angelorum sanctorum, & ante conspectum ag  
ni, & fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula  
sæculorum.

## CHRISTIANAE LIBERTATI OSORIBVS VNIVER SIS. S.

**A**deste quicumque veritatis, & Euangelii Chri  
sti hostes, adeste, spectate miseros ac deplo  
ratos illos Lutheromastigas, Thomã Mur  
nar & VVeddelum caufidicum. Ante paucos dies ho  
mines fuere, nunc vero præstigio quodam quod sibi  
met constituerunt, dæmonis cuiusdam opera & incanta  
mentis, cui nomen Plutus, vnus in draconem, alius in  
porcum versus est. Quos ideo in palam exponimus  
vobis omnibus, vt post hac metum incutiat, ne & vos  
quandoque transformemini in bestias, tutum enim non  
est, veritati resistere, & in leges diuinas diu impie age  
re, impune non cedit, faciãt vos cautos aliena pericula,  
q̃a nihil prosperatũ est, quicquid hætenus a quibusdã  
friuole tentatum est contra Lutherum. Eccius dedo  
latus, & cum hoc exciũs est. Leus verpus in porcum,

D iiii

In die illo visitabit dominus in gladio suo duro & grandi & forti,  
super Leuiathan serpentem uestem, & super Leuiathan ferpentem  
toruolum, & occidet cetum qui est minari.

de cuius  
t ignis  
phur.



## M V R N A R V S

cæteri omnes prostrati sunt. Et per Christum bene res habet, dum iuxta veterum opinionem Pythagoricorum, in bestias migrât hominum animæ, & de corpore in corpus, modo non semel via tota præcludas transformandi se, gladio nimirum & seditione vastante omnia. Periculum subest, nisi quantotius resipueritis. Non prophana est quâ contēnitis doctrina, sed coelestis, sed Euāgelica. Si recipitis consilium, bene est. Sin minus, nos quoq; in interitu vestro ridebimus, dicemusq; vobis illud Euangelicum. Cantauimus vobis, & non saltastis. Compertum est, in hanc diem, neminem eruditorum, ac bonorum virorum se opposuisse Luthero, nisi tantum crassos, indoctos homines, corruptos mente, & vētri deditos, quorum finis erit secundum opera eorum. Et iam satis didicimus, quales se præbuerint in eorum disputationibus. Monachi & Theologistę repulsi sunt. Nihil reliquum est, quam vt spurios & infames homines, quin nūc lotrices & balneatrices videam<sup>9</sup> colluctari in hac arena, qui & accinxerunt se vt audiuius. Meditantur enim, quomodo articulis Hussio falso impositis, Luthero laqueum iniiciāt. Sed frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Et hi vt faciunt alijs, ita cōtinget eis vicissim. Appetunt em̄ infames esse. Quin quaginta sumus, iurati in huiusmodi spurios, & vanidicos, & si nos non sufficimus, implorabimus & amicorū opem. De Murnaro hoc obiter præfamur, nunq̄ nos odisse hominem, qui cum illo Basileæ, Francofordiæ, Treueris, amicissime viximus aliquñ, blasphemiam autē detestamur, qua domini nr̄i Iesu Christi, & diui Pauli

Euan  
nostr  
Chri  
& fra  
vt fil  
enim  
tem,  
perfe



## LEVIATHAN

Euangelica documenta conatus est contemerare . Ad  
nostrā iniuriam ne murmuraremus quidem, verum in  
Christi blasphemia, ne patri etiam parcimus, & matri,  
& fratrib⁹, qui idem & spiritum nobis suum largietur,  
vt filii iniquitatis non apponant nocere nobis . Dies  
enim domini aduersum omnem superbum & arrogan-  
tem, & aduersum omnes naues Tharsis, quæ sunt naues  
persecutorum Euangelicæ doctrinæ.

Valete vt meriti.

bene res  
gorico/  
corpore  
transfor  
omnia.  
Non p  
sed Euā  
nus, nos  
vobis  
faltatis.  
itorum,  
nisi tan  
te, & vē  
eorum.  
eorum  
ulli sunt.  
s homi  
collucta  
imus.  
also im  
citur re  
ulhs, ita  
e. Quin  
vanidi  
micorū  
nq̄ nos  
fordiæ,  
am autē  
i Pauli









503  
Georgs-B.









1211

# Murnarus Leviathan

Vulgo dictus, Geltnar/oder  
Genß Prediger.

Murnarus, qui & Schön henselin,  
oder Schmutz Kolb, de  
se ipso.

Sinugæ, & fastus, faciunt quem relligiosum,  
Sum bonus, & magnus, relligiosus ego.

Raphaeh  
ni Lu  
p

